



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologōn diaphorōn syngammata palaia kai orthodoxa

Gessner, Conrad

Tiguri, 1560

VD16 G 1810

H. Stephanvs P. Nannio. S. D.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72021](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72021)

78
H. S T E P H A N V S P
N A N N I O . S . D .

ANNVS agitur septimus, Nanni, quum ego ex Britannia rediens, uestram Lo-
uanensem Academiam & te eius columen celeberrimum inuisi: à quo tempo-
re mihi non iam de nomine duntaxat, sed etiam de facie notus esse coepisti. Ibi
cum de alijs scriptoribus *duo Superioris*, tum de Athenagora orto sermone, quum
de illius exemplaribus spem tibi quendam eripuerant (suum solum in uniuersa Europa anti-
graphum extare dicentes) memini me non sine magna tua uoluptate reddere. Iam enim al-
terum exemplar de illius resurrectione libelli reperisse me, insuper uerò de tertio sperare etiã
audere aiebam. Tuum uerò gaudium eo quem paulò post attuli nuntio de inuenta altera
eiusdem Athenagoræ oratione, cumulasse me recordor. Cuius itidem unum præterea ex-
emplar nancisci, non solum in uotis, sed in spe etiam mihi esse dicebam. Iam uide Nanni
quàm non inanis illa fuerit. Vtriusque orationis exemplar unum, ultra iam inuenta, in ma-
nus meas peruenit. Orationis De resurrectione antigraphum in regis Gallorum bibliothe-
ca offendi, quæ est non extra Europam, sed in pago Calliroe Parisus uicino: alterius autem
exemplar Romæ Guilielmus Sirletus uir doctissimus mihi ostendit, & eius copiam per libe-
raliter fecit. Nunc utranque ad te mitto, ex mea editione: si non ut uolui, certè ut potui e-
mendatam. Atque utinam nulli mendosiores libri essent, Huius authoris stylum hyperba-
tis plenum postquam tandem mihi familiarem reddidi, in hac mea editione positus passim
parentheses notis, uiam lectoribus strauit, & aditum ad quosdam locos, qui mihi difficil-
limus fuerat, illis facillimum effeci. Quas habebam Coniecturas in multos prioris oratio-
nis locos, in unum collectas ad calcem libri reiciendas putabam: quia, meo more, nimium
religiosus in sequendis meis exemplaribus, quàm temerarius in ijs corrigendis esse malebã.
Sed Gesnerus (ille literariorum laborum Atlas) in suis annotationibus me hoc onere leua-
uit. Sunt tamen quæ addenda illis existimem, nonnulla. Quinetiam in libellum De resurre-
ctione alicubi meas coniecturas protuli, nec non aliquot locis (quos fortè interle-
gendas operarum nostrarum formas Consideraueram) in tuam interpretatio-
nem familiariter & liberè inquisui. Quod quanto cum fructu fecerim,
nescio: illud quidem certè poetæ Græci uerbum uerissimum esse
scio, *σὺν τῷ δὲ ἐργασίῳ*. Vale. Ex typographo
nostro. X. Cal. Jun.